



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesis Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

I. Et præcipuus locus est, Exemplum mirandæ liberationis Ioseph.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

I.

DE LIBERATIONE
ne ex ærumnis.

Historia Ioseph educti ex carcere, & euecti ad fastigium regni Ægyptiaci, illustrè exemplum est mirandæ liberationis sanctorum, de qua uersiculus Psalm. 33. concionatur. Multæ tribulationes iustorum, sed ex omnibus liberabit eos **DOMINVS**. Etsi enim **DEVS** certo consilio Ecclesiam in hac uita ærumnis exercet, & differt liberationem piorum ex omnibus miserijs in uitam æternam, tamen etiam sæpe in hac uita Sanctos gloriosè ex corporalibus ærumnis liberat, ut gloria ipsius celebretur, hoc est, ut mirandæ liberationes testentur Deo curæ esse Ecclesiam.

2. Vt blasphemij refutentur, qui desertis pijs uociferantur nihil esse prouidentiam, non esse ueranæ doctrinam Ecclesiæ Dei.

3. Vt fides piorum confirmetur. Quod Deus uerè nos recipiat, nos exaudiat, adsit opitulatur etiam cum destituimur à causis secundis.

4. Vt Ecclesia rectè Deum agnoscens & celebrans seruetur.

5. Vt cum hæc beneficia recitantur, multi agnoscant Deum, & ad amorem Dei ac fidem & confessionem inuitentur.

i . 6. Vt

6. Vt pij in ferendis laboribus docendi, in ostendendis uirtutum exemplis, & in omnibus periculis confessionis constantiores sint.

7. Vt Deus gratiarum actione & pijs laudibus celebretur. Hos fines liberationum in Ecclesia illustrant multa testimonia, ut Esaie 48. Propter nomen meum longè faciam furorem meum. Propter me, propter me faciam, ut non blasphemem.

Psalm. 77. Propter gloriam nominis tui Domine libera nos, ne fortè dicant in gentibus, ubi est Deus eorum.

Psalm. 49. Eripiam te, & tu glorificabis me.

Has causas singuli ad historiam liberati Ioseph, Danielis, Electoris Saxonie Iohannis Friderici, & aliorum piorum accommodent.

III.

NERVI EVEHENTES ad gubernationem & auctoritatem.

Singulare & solius Dei donum in est gubernatore auctoritas seu Maestas, ad quam parandam & tuendam hæc tria necesse est coniunctim o Deo tribui.

1. Eximiam uirtutem, & prudentiam.

2. Facili